



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119207**

§. 99. Diversæ Sacrarum Congregationum decisiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

**Sæc. XVII.** exceptione, illico parituros: Præcepit  
**A. C. 1678.** quoque ut deinceps omnes Catechistæ  
 & Ecclesiarum Rectores a Vicariis con-  
 stituantur, addita comminatione, ni  
 pareant, fore, ut promulgata Confi-  
 tutione omnes Jesuitæ ex Regnis Ton-  
 quini, Cochinchinæ, Cambriæ, Siam,  
 ipsoque Sinarum Regno expellantur.  
 Declaravit insuper Pontifex tanquam  
 irrita cuncta, quæ Senatus Castellæ in  
 Hispania contra Nuntium Apostolicum  
 in Capitulo Clericorum Regularium non  
 sine violatione immunitatis Ecclesiæ  
 sticæ attentaverat. Denique statuit,  
 quod Episcopo vel Prælato aut Vicario  
 nec directe nec indirecte liceat sub quo-  
 vis prætextu etiam donationis aliquod  
 emolumentum exigere pro deputatio-  
 ne, examine vel approbatione Confes-  
 sarii vel indulgentiarum, aut Altarium  
 Privilegiatorum, aut facultate exer-  
 cendi Pontificalia vel pro benedictione,  
 consecratione, visitatione Ecclesiarum  
 aut Oratoriorum &c.

## §. XCIX.

*Diversæ Sacrarum Congregationum  
decisiones.*

*Decis. S. Rot.  
 Concil. Rit.  
 Congr.*

Occurrunt pariter varia Sacrarum  
 Congregationum Romanarum de-  
 creta, inter quæ selegimus sequentia,  
 ac

ac primo quidem Sacrae Rotae Congre- Sæc. XVII.  
 gatio die vigesima septima Februarii A. C. 1678.  
 decidit, quod Rector excommunicatus  
 ab Episcopo ad hoc, ut se subiciat  
 novo examini, absolvendus sit, saltem  
 ad cautelam, ut tuto se Divinis inge-  
 rere possit. Die autem septima Martii  
 Sacra indulgentiarum Congregatio in-  
 ter apocryphas Indulgentias annume-  
 ravit illam, quæ a Clemente X. con-  
 cessa, falso dicebatur recitantibus *An-*  
*gelus Domini* addito in fine: *Deo & Ma-*  
*riæ gratias*: nunc autem ejusmodi In-  
 dulgentiam vere concessit Benedictus  
 XIII. Ejusdem Mensis die vigesima  
 sexta S. Rituum Congregatio declara-  
 vit, quod Episcopus cogere possit Cle-  
 ricos beneficiatos, ut intersint publicis  
 supplicationibus: pariter die vigesima  
 secunda Maij a S. Concilii Congrega-  
 tione declaratum, quod lethaliter pec-  
 cet Regularis Concionator, qui abso-  
 luta ad crates concione, statim ipsas  
 alloquitur Moniales, vel unam tantum  
 ceteris audientibus, sine licentia, licet  
 immisceat sermones cum quæstionibus,  
 vel dubiis spiritualibus, aut materiis  
 ipsius Concionis. Censuit quoque S.  
 Rituum Congregatio, quod locorum  
 Ordinarii ultra testes inductos a Postu-  
 latoribus, ipsi quoque teneantur inqui-  
 rere ac examinare alios testes bene in-

**Sæc. XVII.** structos super vita & moribus Servi  
A. C. 1678. Dei, & si aliquid repperint in contra-  
 rium, quod ipsis videatur relevans,  
 supersedeant in ulteriore inquisitione,  
 donec S. Congregatio, quid agendum,  
 præscripserit. Declaravit quoque S.  
 Rotæ Congregatio die prima Julii, quod  
 approbatus ad confessionem ab alieno  
 Ordinario, nequeat Confessiones exci-  
 pere in propria civitate.

§. C.

*Sigismundi Chisii Cardinalis obitus.*

*Old. cont.*  
*Ciac. in vita*  
*Clem. IX.*  
*pag. 787.*  
*Eggs Purp.*  
*doct. p. 497.*

Vitæ suæ exitialem hunc annum ha-  
 buit Sigismundus Chisius patria  
 Senensis, qui decennis adhuc a Patruo  
 suo Cardinale Flavio Chisio Romano  
 evocatus, atque optimarum artium  
 apparatu instructus, subcivis horis  
 vitæ & eruditionis haustæ rationem  
 eidem quotidie reddere covebatur: Po-  
 sito hoc tyrocinnio in Ordinem Hiero-  
 solymitanæ militiæ adscriptus, tenuerit  
 quidem pro tantæ fortunæ fastigio be-  
 neficium recepit ab Alexandro VII.  
 Pontifice, nunquam tamen Purpuram  
 ab eo obtinere potuit; hic enim Pon-  
 tifex suos sibi sanguine junctos verius  
 diligebat, quam ditabat: Eo autem  
 mortuo a Clemente IX. Cardinalium  
 Collegio adscriptus, ob raram doctri-  
 nam,